1° Interrogatus an sciat ubinam ossa Sancti Alphonsi Mariae de Ligorio in praesens asserventur; ex quo tempore, cur et quomodo; R. *Fino al corrente giorno etc.* 2° Interrogatus an ab anno 1863 usque ad praesens eodem in loco illa, necne manserint, vel inde amota fuerint, et alio translata; quo, quando, cur et quomodo; an eodem in statu, quo condita fuerant, et prorsus intacta sint vel secus et qua ratione; R. *Fin dalla detta epoca in principio la cassa anzidetta fu collocata etc. [Le risposte le abbiamo già testualmente lette sopra].*

Et perlectam sibi depositionem, ratam habuit, confirmavit et subscripsit ut sequitur: *Franciscus Xaverius M. Pecorelli Congregationis SS. Redemptoris, custos deputatus dictarum sacrarum reliquiarum S. Alphonsi.*

Qua habita depositione, eaque subscripta, D.nus Fisci Promotor instituit ut authenticum instrumenti anni 1863 exemplar exhibitum a praefato P. Pecorelli attente perlegatur, ad normam dictae instructionis R.P.D. Fidei Promotoris de Urbe. Et tunc D.nus Archiepiscopus, instrumento ipso inspecto, ac authentico declarato, D.no Fisci Promotore annuente, illud mihi Notario Actuario perlegendum tradidit, quod ego clara et intelligibili voce exequutus fui.

Perlecto ipso instrumento, ad capsulam sacrarum reliquiarum S. Alphonsi, jam de ordine etc huc caute translata, et in tabula tapete cooperta expositam cum duabus candelis accensis venerationis ergo, idem D.nus Archiepiscopus cum D.no Fisci Promotore electo, meque Notario Actuario accessit, eamque capsulam diligenter inspexit, et omnia adamussim concordare cognovit cum iis, quae de ipsa in dicto instrumento asserta fuere, Fisci Promotore pariter annuente. Cognovit nempe capsulam eandem esse longitudinis palmorum duorum cum dimidio, altitudinis vero et latitudinis palmorum item duorum cum dimidio; vittis sericis rubri coloris in forma crucis circumligatam esse, et in ejus parte tum superiori, tum inferiori novem in locis sigillo Ill.mi ac Rev.mi D.ni Vincentii Archiepiscopi syrontini in cera rubra hispanica impresso obsignari super vittis ipsis. In externa autem parte superiori ejusdem capsulae, in apposita chartula scripta perlecta fuere verba: *Corpus S. Feliciani Martyris.*

Hisce perlectis et sedulo consideratis, idem D.nus Archiepiscopus, fractis vittis sericis, capsulam reverenter aperuit propriis manibus. Amoto operculo, apparuere in variis stratis apte collocata inter gossypium sacra ossa, quae extracta diligentissime idem Archiepiscopus separatim inspexit una cum D.no Fisci Promotore, et invenit eadem sacra ossa esse, quae sequuntur; videlicet:

- 1° Pedis dexteri ossa tria,
- 2° Pedis sinistri ossa quatuor,
- 3° Cruris dexteri ossa quatuor,

- 4° Cruris sinistri ossa quinque,
- 5° Femoris dexteri ossa duo,
- 6° Femoris sinistri ossa duo,
- 7° Manus dexteræ os unum,
- 8° Manus sinistrae ossa tria,
- 9° Antibrachii sinistri ossa duo,
- 10° Brachii dexteri ossa duo,
- 11° Brachii sinistri ossa duo,
- 12° Ossa plura uno filo ligata, et quinque costulae,
- 13° Cranium una cum inferiori osse maxillari, quod separatum extat.

In ipsa capsula inventum item fuit authenticum exemplar dicti instrumenti ab Ill.mo et Rev.mo D.no Archiepiscopo Sypontino subscriptum, ac ejusdem sigillo munitum.

Quibus expletis, D.nus Archiepiscopus omnia superius descripta ossa in alia capsula brevioris longitudinis reverenter, ac ea qua par erat devotione inter gossypium ordinate composuit; ipsamque capsulam suo operculo obstructam vittis violacei coloris circumligavit et super vittis ipsis suum sigillum sex in locis distinctis in cera rubra hispanica impressit. Dein capsulam hanc propriis manibus in suum cubiculum invexit, ibique deposuit.

Die vero 21 praedicti mensis aprilis, vespertinis horis, Ill.mus ac Rev.mus D.nus Archiepiscopus praefatus una cum Rev.dis D.nis Januario Granito di Belmonte, et D.no Salvatore Meo Archiepiscopalis Palatii Praeposito, qui delatum jusjurandum servandi secreti pariter praestiterunt, tactis SS. Evangelis, ad Paganorum urbem contendit, secum in proprio curru capsulam sacrarum reliquiarum S. Doctoris transferens, tutissime eam custodiens.

Cum autem pervenisset ad domum Ecclesie S. Michaëlis Archangeli civitatis Paganorum adnexam, humanissime ac qua par erat reverentia. exceptus ab illis Patribus Congregationis praefatae, praelaudatus D.nus Archiepiscopus capsulam sacrarum reliquiarum ad cubiculum adspertavit, in quo aliquantulum quievit. Post aliquam moram, hoc est hora septima cum dimidio vespertina, clausis jam januis ecclesiae, in eam descendit secum ipsam capsulam propriis manibus deferens; D.num Archiepiscopum cum capsula praecedentibus patribus P. Alphonso d'Antonio Provinciali, P. Petro Andreoli, P. Joanne Pettiti, P. Aloysio Giordano, P. Aemilio Jacovetti, P. Aloysio Balducci, P. Francisco Paulo de Blasiis, P. Francisco Xaverio Pecorelli, et fratribus Agnello della Femina, Carmelo Pepe et Vincentio Cataldo, candelas accensas manibus gestantibus.

In sacristia ejusdem ecclesiae, quo perrexit, D.nus Archiepiscopus invenit sacram iconem S. Alphonsi apposite jam extractam ab altari, in quo subter mensa publicae venerationi patet, et sacris suis pontificalibus vestibus exutam. Quocirca, emisso a praefatis patribus et fratribus jurejurando secreti servandi, D.nus Archiepiscopus eximia, qua praeditus est pietate, ac profundissima veneratione, suis manibus

sacra ossa praelaudati S. Doctoris in respectivis thecis iconis praedictae collocavit, modo quo sequitur.

In theca capitis cranium;  
 in colli theca os integrum maxillare;  
 in theca pectoris duo ossa femoralia, scapulam, duo item ossa, vertebrae, os spinale, aliam partem ossis et quinque costulas;  
 in theca brachii dexteri duo ossa;  
 in theca brachii sinistri duo ossa;  
 in theca manus dexterae os unum;  
 in theca manus sinistrae ossa tria;  
 in theca femoris dexteri ossa duo;  
 in theca femoris sinistri ossa duo;  
 in theca cruris dexteri ossa quatuor;  
 in theca cruris sinistri ossa quinque;  
 in theca pedis dexteri ossa tria;  
 in theca pedis sinistri ossa quatuor;  
 in theca antibrachii sinistri ossa duo;  
 in theca denique antibrachii dexteri, cum nullum relativum os fuerit repertum, collocavit ossa duo, quorum unum est brachii, et costulam.

Postmodum omnes praedictas thecas idem D.nus Archiepiscopus tribus vel quatuor in partibus juxta cujusque thecae latitudinem suo sigillo in cera rubra hispanica impresso communivit. Quibus diligentissime peractis, iconem eandem suis sacris vestibus induit, et hoc pacto exornata, fuit ipsa ad capellam S. Alphonso dicatam delata, ibique subter altaris mensa reposita.

Super quibus omnibus feliciter expletis circa mediam noctem, D.nus Archiepiscopus mihi Notario demandavit ut praesens conficerem instrumentum in forma etc, et cum D.no Vicario Generali, in Fiscis Promotorem specialiter electo, se subscripsit ut sequitur :

+ Ita est. Gulielmus, Archiepiscopus neapolitanus  
 Joseph Can. Carbonelli, Vic. Gen.  
 ac Fiscis Promotor specialiter electus

Et ita actum diebus, locis, locisque locorum, ac horis quibus supra.  
 Et in veritatis testimonium hic me mea manu subscripsi requisitus.

Ita est. Sac. Salvator Morra S.Th. et J.U  
 Doctor, Notarius Actuarius (165).

Poiché il Vicario Generale Carbonelli ed il Notaio Morra non intervennero alla traslazione delle reliquie a Pagani ed alla loro riposizione nella statua, su questo punto essi attestano quello che è stato loro detto, non quello che hanno visto; l'unico teste resta per noi l'Arcivescovo Sanfelice.

Nel verbale è dunque detto che non avendosi alcun osso dell'antibraccio destro, nella relativa teca della maschera posero una costa e due altri segmenti di osso; evidentemente non conobbero il radio di destra, che ancora si conserva.

Il Promotore della Fede Mons. Lorenzo Salvati nella sua istruzione aveva dato ordine di conservare sulla statua i sigilli di Mons. D'Auria e di Mons. Tagliatela, se ancora esistevano e di aggiungere i nuovi di Mons. Sanfelice, ma quest'ultimi dovevano essere apposti in modo da non esser veduti da chi guardasse la statua. Tale disposizione era un'esigenza del segreto da conservare sulla traslazione avvenuta. Nella ricognizione del 1951-1952 si son trovati i sigilli di Mons. Sanfelice sulle teche del corpo della statua, invisibili perché coperti dagli abiti pontificali; sulla teca della testa erano invece apposti i sigilli di Mons. Tagliatela; infatti in un'eventuale processione sarebbe bastato levare la mitra ed i sigilli si sarebbero veduti (166). Evidentemente dovettero fare uso di sigilli e nastri di cui il 23 gennaio 1863 fu munita la statua, a principio della settima ricognizione.

Qui è opportuno dare uno sguardo simultaneo alla descrizione ed enumerazione delle reliquie, come le troviamo nel verbale del 22 gennaio 1863, nell'elenco redatto a Napoli il 20 aprile 1881, e nell'elenco redatto a Pagani il 21 aprile 1881.

| <i>23 gennaio 1863</i>                                        | <i>20 aprile 1881</i>              | <i>21 aprile 1881</i>                                                                                                             |
|---------------------------------------------------------------|------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1° in theca pedis dexteri ossa tria;                          | 1° pedis dexteri ossa tria;        | 1° in theca pedis dexteri ossa tria;                                                                                              |
| 2° in theca pedis sinistri ossa quinque;                      | 2° pedis sinistri ossa quatuor;    | 2° in theca pedis sinistri ossa quatuor;                                                                                          |
| 3° in crure dextero ossa quinque;                             | 3° cruris dexteri ossa quatuor;    | 3° in theca cruris dexteri ossa quatuor;                                                                                          |
| 4° in crure sinistro tria magna, duo medio-cria et duo parva; | 4° cruris sinistri ossa quinque;   | 4° in theca cruris sinistri ossa quinque;                                                                                         |
| 5° in femore dextero ossa duo;                                | 5° femoris dexteri ossa duo;       | 5° in theca femoris dexteri ossa duo;                                                                                             |
| 6° in femore sinistro ossa duo;                               | 6° femoris sinistri ossa duo;      | 6° in theca femoris sinistri ossa duo;                                                                                            |
| 7° in manu dextera ossa tria;                                 | 7° manus dexterae ossa unum;       | 7° in theca manus dexterae ossa unum;                                                                                             |
| 8° in manu sinistra ossa tria;                                | 8° manus sinistrae ossa tria;      | 8° in theca manus sinistrae ossa tria;                                                                                            |
| 9° in antibrachio dextero ossa duo;                           | 9° . . . . .                       | 9° in theca antibrachii dexteri, cum nullo relativo os fuerit repertum collocavit ossa duo, quorum unum est brachii, et costulam; |
| 10° in antibrachio sinistro ossa duo;                         | 10° antibrachii sinistri ossa duo; | 10° in theca antibrachii sinistri ossa duo;                                                                                       |

|                                                                                                   |                                                                     |                                                                                                                                   |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 11° in brachio dextero ossa tria;                                                                 | 11° brachii dexteri ossa duo;                                       | 11° in theca brachii dexteri duo ossa;                                                                                            |
| 12° in brachio sinistro ossa duo;                                                                 | 12° brachii sinistri ossa duo;                                      | 12° in theca brachii sinistri duo ossa;                                                                                           |
| 13° in theca pectoris ossa octo, plurima alia ossa filo ligata, et septem quae videntur costulae; | 13° ossa plura uno filo ligata et quinque costulae;                 | 13° in theca pectoris duo ossa femoralia, scapulam, duo item ossa, vertebrae, os spinale, aliam partem ossis et quinque costulae; |
| 14° in theca capitis caput cum alio osse quod videtur ad caput pertinere.                         | 14° cranium una cum inferiori osse maxillari, quod separatim extat. | 14° in theca capitis cranium; in colli theca os integrum maxillare.                                                               |

Comparando i primi due elenchi è facile costatare come il secondo aveva un significato non erroneo, se lo si leggeva in rapporto alla statua, cioè in rapporto al primo elenco. Ma isolandolo come ha fatto il notaio Morra nel verbale del 1881, esso, come ha sottolineato il dr. Goglia, appare veramente paradossale.

Come si regolò il Morra nel redigere l'elenco? Esaminiamo il verbale originale, trovato recentemente dall'archivista della Curia Arcivescovile di Napoli Rev. Prof. Strazzullo; esso è rivelatore per le molte correzioni e cassature che presenta.

Il n° 2 dell'elenco redatto il 20 aprile 1881 diceva così: *Pedis sinistri ossa quinque*; sul *quinque* è stato poi scritto dallo stesso Morra: *quatuor*.

Il n° 3 diceva: *Cruris dexteri ossa quinque*; sul *quinque* è stato scritto: *quatuor*.

Il n° 4 diceva: *Cruris sinistri ossa tria magna, unum sufficientis longitudinis, duo mediocris et duo parvae longitudinis*; poi il Morra ha cancellato tutto da *tria* in poi ed ha scritto: *quinque*.

Il n° 7 diceva: *Manus dexteræ ossa tria*; poi sulle due ultime parole è stato scritto: *os unum*.

Il n° 9 diceva: *Antibrachii dexteri ossa duo*; poi tutto è stato cancellato.

Il n° 10 diceva: *Brachii dexteri ossa tria*; sul *tria* è stato poi scritto: *duo*.

Il n° 13 diceva: *Pectoris ossa octo necnon plura alia uno filo ligata et septem costulae*; poi sono state cancellate le seguenti parole: *Pectoris, octo, necnon, alia*; di più sul *septem* è stato scritto: *quinque*.

Le indicazioni prima delle cassature rispondono al numero delle ossa, come lo si ha nel verbale del 23 gennaio 1863 ed il n° 9, che poi è stato cancellato, ci dava anche la presenza delle due ossa che nel 1870 erano state portate a Roma: dunque il notaio ha steso l'elenco non contando le ossa che

erano nella cassa, ma leggendo un elenco che aveva trovato, che poi ha corretto.

Ha letto l'elenco del verbale del 1863? No; sarebbe stato un modo di procedere molto irregolare. Del resto il n° 4 dell'elenco nel verbale del 1863 dice: *In crure sinistro tria magna, duo mediocria et duo parva*; il n° 4 scritto dal Morra prima della correzione diceva: *Cruris sinistri ossa tria magna, unum sufficientis longitudinis, duo mediocris et duo parvae longitudinis*. Qui si ha l'inciso: « *unum sufficientis longitudinis* », che vorrebbe significare meglio la lunghezza di una delle tre ossa grandi; questo inciso manca nell'elenco del 1863. Certamente il Morra non lo ha aggiunto da sè per osservazione diretta delle ossa, perché allora avrebbe visto che erano cinque e non sette le ossa, ed avrebbe segnato subito: ossa quinque. Si deve allora concludere che egli ha trascritto sul suo elenco o le indicazioni che erano sugli involucri o qualche elenco che era nella cassa delle reliquie e riproduceva appunto queste indicazioni dei singoli involucri.

Se pensiamo che il 9 agosto 1870 con le ossa della teca dell'antibraccio destro della statua, cioè con le due ulne portate a Roma per la chiesa di S. Alfonso, anche il relativo involucro doveva essere stato eliminato, e tuttavia il Morra in un primo tempo ha segnato al n° 9 la presenza di tali ossa, dobbiamo concludere che egli dovette trovare una carta dove erano ancora segnate le soprascrizioni dei singoli involucri, e da questa carta copiò il primo suo elenco; poi svolgendo i singoli involucri si avvide che mancavano delle ossa e fece le diverse correzioni; non trovando l'involucro e le ossa della teca dell'antibraccio, cancellò tutto il n° 9. E possiamo anche costatare la distrazione del P. Pecorelli, che il 9 agosto 1870, dopo che Mons. Laspro estrasse le due ulne per Roma, dimenticò di cancellare dall'elenco: *Antibrachii dexteri ossa duo*.

La presenza di questo elenco, che mi sembra documentato bene dalle cassature del Morra, era del resto una cosa naturale; e si potrebbe pensare anche con maggior naturalezza che sugli involucri nel 1863 forse non scrissero i nomi delle teche donde erano estratte le singole ossa, ma dei numeri che rimandavano all'elenco. Tuttavia anche prescindendo da quest'ultima possibilità, il Morra dovette ricopiare la nota trovata nella cassetta delle reliquie, pensando che essa rispondeva al vero numero delle ossa; questo procedimento, benché non retto, non era però così irregolare come l'eventuale trascrizione dell'elenco dal verbale del 1863.

Anche nell'elenco del 21 aprile 1881 il Morra, parlando della teca dell'antibraccio destro aveva scritto: *In theca denique antibrachii dexteri, cum nullum relativum os fuerit repertum collocavit os unum brachii, costulam costulam*; poi ha cancellato non soltanto la parola ripetuta: *costulam*, ma anche: *os unum*, ed ha scritto: *ossa duo quorum unum est brachii*; sicché

l'espressione definitiva sarebbe: ... *collocavit ossa duo, quorum unum est brachii et costulam*. Secondo la prima forma nell'antibraccio sarebbero state poste due ossa: uno del braccio ed una costa; secondo la forma corretta sarebbero tre le ossa poste nella teca dell'antibraccio; l'espressione è ambigua e sorge il dubbio che la correzione non sia stata ben fatta. La mancanza di esattezza è evidente ed è deplorabile. E' inutile continuare nell'analisi.

E' più importante costatare che l'esame parallelo degli elenchi ci rivela un'altra fuga di reliquie. Se infatti si confronta l'elenco del gennaio 1863 con quello del 20 aprile 1881, notiamo che manca un osso della teca del piede sinistro, un osso della teca della gamba destra, due della teca della gamba sinistra, due della teca della mano destra, due della teca dell'antibraccio destro, uno della teca del braccio destro; in tutto nove ossa alle quali bisognerebbe aggiungere altre 10 ossa della teca del petto, non enumerate nel n° 13 dell'elenco del 20 aprile 1881.

Ma abbiamo visto che il n° 13 di questo elenco è tormentato dalle casature del Morra; credo che egli per errore abbia cancellato anche la parola: *octo*. Trattandosi di cosa tanto importante è bene sottolineare la certezza di questa erronea cancellatura. Infatti se veramente fossero state portate via queste otto ossa, noi dovremmo avere nella teca del petto soltanto le vertebre e cinque coste; ma il 21 aprile il Sanfelice pose in questa teca oltre le vertebre e le cinque coste, due femori, la scapola, due altre ossa che erano certamente le ossa iliache, l'osso sacro (detto nell'elenco *os spinale*) ed un'altra parte di osso non determinato. Dunque almeno sette delle otto ossa non sono state elencate dal Morra il 20 aprile 1881 ed esse esistevano.

Inoltre il Sanfelice ci ha detto che pose nella teca dell'antibraccio destro due o tre ossa, tra esse era una costa. Dunque nell'elenco del 20 aprile mancano queste due o tre ossa, le coste erano dunque almeno sei. Ed aggiungiamo che nella ricognizione del 1951-1952 le coste o meglio i frammenti di coste trovati nella statua-reliquiario sono sette.

Possiamo perciò concludere che dal 1863 al 1881 le ossa portate via furono nove o al massimo dieci.

Poiché la cassa delle reliquie fu aperta soltanto il 9 agosto 1870 da Mons. Laspro, presenti il P. Pfab ed il P. Pecorelli, è chiaro che in tale circostanza ebbe luogo questa nuova fuga di reliquie.

Il P. Pecorelli nella deposizione del 20 aprile 1881 aveva detto all'Arcivescovo Sanfelice: « In quella occasione (cioè durante l'estrazione di reliquie del 9 agosto 1870) non ricordo bene se oltre alle reliquie estratte per mandarle a Roma, ne furono estratti altresì due o tre piccoli pezzetti (167). Poiché a Roma furono mandate le due ulne ed altri due frammenti (168), noi possiamo ricordare al P. Pecorelli che i piccoli pezzetti di cui parla fu-

rono cinque o sei; e naturalmente furono distribuiti inter praesentes, motu proprio.

Ritornato da Pagani a Napoli, l'Arcivescovo Sanfelice, in data 30 aprile 1881, spediva alla Sacra Congregazione dei Riti la documentazione sulla ricognizione e traslazione eseguita, con la relazione che noi abbiamo esaminato. Spediva inoltre la seguente lettera che documenta il suo amore per S. Alfonso.

Em.me ac Rev.me Domine,

Lubenti atque alacri animo quas Eminentia Vestra dedit litteras, exequutus fui. Nihil antiquius mihi esse potuit quam devotionis meae humilem edere attestationem erga insignem Catholicae Ecclesiae Doctorem S. Alphonsum Mariam de Ligorio, quem teneris ab unguiculis peculiari affectu semper colui.

Quocirca testari mihi fas est, maxima diligentia totisque animi viribus in id incubuisse, ut omnia adamussum servarentur, quae a R.P.D. Fidei Promotore istius almae urbis in sua instructione praecepta fuere.

Exemplar authenticum instrumenti rite confecti, quod mitto, apprime docebit caute atque secreto sacras exuvias prae laudati Sancti Doctoris translatas a me fuisse et repositas ubi primum christifidelium venerationi patebant.

Interim Eminentiae Vestrae S. Purpuram et Manus humillime deosculor.

Eminentiae Vestrae Rev.mae:

Neapoli die 30 aprilis 1881.

humill.mus et add.mus famulus  
Gulielmus Sanfelice  
Archiepiscopus neapolitanus (169).

E.mo ac Rev.mo D.no

Cardinali S.R.C. Praefecto Romam

Con questa spedizione degli atti autentici alla Sacra Congregazione dei Riti terminava ufficialmente il pellegrinaggio del corpo di S. Alfonso ed il suo pseudonimo di S. Feliciano Martire.

Tuttavia restavano alcune piccole noie, tanto per mettere ancora a prova la pazienza del nostro P. Pecorelli. Così per es. il Notaio che aveva steso gli atti in due copie, gli scrisse pregandolo di favorirgli 200 franchi per queste due copie. Il P. Pecorelli ci dice:

Io portai la lettera all'Arcivescovo, il quale ordinò che non si fosse pagato un centesimo, perché non noi [cioè i Redentoristi], ma egli aveva dati gli ordini. Corrivo il notaio ha messo tanti scrupoli nella mente dell'Arcivescovo, che non ha voluto rilasciare la copia, pel giuramento del segreto.

Si trattava cioè di mandar una copia degli atti al Superiore Generale dei Redentoristi P. Mauron, per l'archivio generale della Congregazione. Il Notaio, cotto per il condono dei duecento franchi, osservava che vigeva il segreto su tutta la traslazione e quindi gli atti dovevano conservarsi solo nell'archivio arcivescovile e nell'archivio della Sacra Congregazione dei Riti; all'archivio redentorista non si poteva mandar alcuna copia.

Il Pecorelli dovette ritirarsi, battuto dal Notaio; l'Arcivescovo realmente aveva scrupolo di far fare una terza copia degli atti. Fortunatamente venne il Vescovo redentorista Mons. Giordano e con lui il Pecorelli ritornò all'attacco. Si suggerì all'Arcivescovo di far fare una copia per il P. Mauron, ma di mandarla al Card. Bartolini, perché questi, se lo credeva opportuno, la consegnasse al Superiore Generale. Il Pecorelli annota: « Ed il notaro ha dovuto fare anche questa copia gratis. Sta come un demonio! ». Questa copia con la lettera dell'Arcivescovo al Cardinal Prefetto Bartolini, si conserva nell'archivio generale dei Redentoristi.

Però il Notaio aveva per le mani il processo per la beatificazione del redentorista Ven. P. Sarnelli, ed il Pecorelli ne era il postulatore. Escogitò quindi come ottenere per la finestra quel che gli era stato negato per la porta. Infatti il Pecorelli sarà costretto a confessare: « Se ne vendica col moltiplicare le sessioni di Sarnelli e così si paga. Pazienza! » (170).

Ma qualche mese più tardi il povero Padre incappava in un guaio più grosso per la sua borsa. « All'improvviso è caduta la stanza dove tenevo la cappella, così scriveva il 4 luglio al P. Generale Mauron, e fra due giorni si dà mano per rifarla da capo, perché le travi erano fradicie » (171).

Dunque S. Alfonso aveva fatto appena a tempo per mettersi in salvo; se rimaneva altri settanta giorni nella casa vecchia del P. Pecorelli a Napoli, le sue ossa sarebbero andate a finire tra le macerie.

La proclamazione di S. Alfonso quale Dottore di S. Chiesa, in data 23 marzo 1871 ne aveva intensificato il culto ed era quindi cresciuto il desiderio di aver delle reliquie del suo corpo. Da ciò la preoccupazione dei PP. Redentoristi che col tempo, « sensim et sine sensu », per la irresistibile pressione della pietà, il corpo del loro S. Fondatore sarebbe stato ulteriormente depauperato. Nacque così la supplica del Superiore Generale Mauron, perché il S. Padre volesse avocare a sé la cura immediata delle reliquie, sottraendole alla giurisdizione ecclesiastica locale.

Il 1° febbraio 1884 Leone XIII, che già nel 1881 aveva personalmente difeso l'integrità del corpo di S. Alfonso, emetteva il seguente decreto in forma di Breve:

Leo PP. XIII, ad futuram rei memoriam.

Provido sane consilio supremæ jurisdictioni suæ nonnullorum beatissimorum coelitum exuvias sancta hæc Apostolica Sedes subii-

ciendas censuit, ne nimia clientium suorum aviditate possidendi illorum reliquias, tanta religionis monumenta deficerent.

Idque hodie, suffragante etiam dilecto filio nostro Dominico, titulo S. Marci S.E.R. Presbytero Cardinali Bartolinio, Congregationis sacris ritibus tuendis cognoscendis Praefecto, agere constituimus cum exuviis S. Alphonsi Mariae de Ligorio, Conditoris inclitae Sodalitatis Clericorum regularium a SS.mo Redemptore, et S. Agathae Gothorum Episcopi.

Ex quo enim Sanctus iste ob insignis doctrinae ejus praestantiam sollemni apostolicae Sedis decreto inter Ecclesiae Doctores relatus est, ferventior erga praeclarum Sanctum Doctorem crevit fidelium pietas, adeoque desiderium obtinendi illius reliquias auctum est, ut dictae Sodalitatis alumnos incesserit timor ne gravem beati Patris sui exuviae imminutionem patiantur. Quare a dilecto filio Nicolao Mauron, summo memoratae Congregationis Magistro, supplicatum est Nobis, ut pretiosum hoc depositum immediatae Nostrae et Apostolicae Sedis iurisdictioni ac tutelae subiicere velinus.

Hisce permotis precibus, Nos, praedecessorum nostrorum vestigiis haerentes, Sancti Alphonsi Mariae de Ligorio, Auctoris Congregationis a SS.mo Redemptore, S. Agathae Gothorum Episcopi et Ecclesiae Doctoris exuvias, prout Nuceriae Paganorum in ecclesia ad honorem S. Michaëlis extant, nostrae et Sanctae Sedis apostolicae potestati ac protectioni perpetuum in modum subiicimus et subiectas manere volumus atque edicimus.

Nulli ergo hominum, quavis auctoritate praedito, sine expressa Summi Pontificis Romani venia urnam, in qua sanctae hae servantur exuviae, aperire, aut sacrum istud depositum, vel quamlibet ejus partem umquam auferre aut distrahere sub poena excommunicationis latae sententiae Summo Pontifici reservatae liceat, quemadmodum de exuviis SS. Ambrosii, Augustini et Francisci Salesii Doctorum, Antonii Patavini et aliorum quamplurium cautum est super quibus nullam cujusquam loci Ordinarii propriam obtinent iurisdictionem.

Propterea decernimus has litteras nostras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere.

In contrarium facientibus quamvis speciali atque individua mentione ac derogatione dignis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 1 februarii MDCCCLXXXIV. Pontificatus nostri anno sexto.

Th. Card. Mertel (172)

Quanto fosse opportuno questo intervento del S. Padre è chiaramente provato dalla seguente lettera del P. D'Antonio, Superiore provinciale dei Redentoristi di Napoli. Egli così scriveva in data 17 febbraio 1884 al P. Michele Ulrich, Procuratore Generale:

Molto Reverendo Padre... Con allegrezza ho letto il Breve riguardante la custodia delle reliquie del nostro santo Fondatore. Ne sia sempre benedetto Iddio! Monsignore di Nocera ha minacciato più volte di

voler prendere delle ossa del Santo. Se appresso volesse verificare la sua minaccia, allora gli intimeremo il Breve e la scomunica (173).

Per comprendere le ultime parole di questa lettera giova sapere che il Breve sul principio fu notificato soltanto agli Arcivescovi di Salerno e di Napoli. Al Vescovo di Nocera non fu notificato, temendo che egli lo attribuisse a mancanza di fiducia verso di lui (174).

Ora il Breve, perentorio, severo e soprattutto chiaro, sta a vista di tutti sul retro dell'altare del Santo, in modo che l'urna non possa essere aperta senza vedere il Breve. Ma anche qui la Provvidenza, come sempre, confida nella buona volontà degli uomini.